Notes du mont Royal
www.notesdumontroyal.com

Cette œuvre est hébergée sur « *Notes du mont Royal* » dans le cadre d'un exposé gratuit sur la littérature.

SOURCE DES IMAGES
Google Livres

A. gr. a. 373

# Heſiodi poete Georgicorū liber p nicolaū de valle conuerſus e greco in latinum

## Magiſter Gregorius Laticephalus de Konitz Lectori.

Ex agro celebres vrgentur viuere reges:
　Viuit fecundo maximus orbis agro.
Atteritur vomer: tum ſudat taurus aratro:
　Vt domini digitis aurea dona gerant.
Agricole innumeras [illegible] et in horrea fruges:
　Cuncta ſuis paſc[illegible] oppida pulchra cibis.
Felix diuitias fidis [illegible] aruis
　Haud nugis [illegible] decipit ille ſuis:
Sed claros ſoles: [illegible] iam poſtulat imbrem:
　Conſtanti diuos orat et vſqꝫ prece.
Aruorum cultus Aſcrea natus in vrbe
　Heſiodus docuit. lector amande legas.

BIBLIOTHECA REGIA MONACENSIS

1507

# Joannis honorij: Cubiten̄

## Prefatio in librū Georgicorū Heſiodi Aſcrei

Heſiodus ſubito a muſis factus poeta

Eſiodus fuit poeta antiquiſſimus: Dij fili⁹ ex pycinnide vxore: quē oues patris in Parnaſo monte paſcentē muſe rapuiſſe dicunt: ac poetā feciſſe munere calamorū. qđ Ouidius li. faſtorū vi. tetigit cū ait Ecce deas vidi nō quas preceptor arandi Viderat: Aſcreas cū ſequeret oues. Idē in arte amandi Nō mihi ſunt viſe Clio Cliuſq; ſorores Seruanti pecudes vallib⁹ Aſcra tuis. Et Virgili⁹ i buc. inqt. Hos tibi dant calamos en accipe muſe Aſcreo quos ante ſeni: quib⁹ ille ſolebat Cantando rigidas deducere montib⁹ ornos. Eius patria fuit Aſcra vicus Boetie ad Heliconem: quā ipſe improbauit: vocans dirā hyeme: triſtē eſtu: ac nunq; optabilē. Ouidius in Ponto Eſſet perpetuo ſua q; vitabilis Aſcra Auſa eſt agricole muſa docere ſenis. Vñ et ipſe Heſiodus in hoc opuſculo de genitore ſuo loquens ſic ait. Hic meus ille quidē genitor dum pauper egeret Errabat maria alta ſecans fluctuſq; pfundos. Ille olim eolibā Cumam atq; ea littora linquens Appulit huc: nō ſpe lucri cōmotus auara. Durū opus exercere inuiſa vrgebat egeſtas. Ille vagus demum ppe tempe Heliconia ſedē Aſcreā incoluit celi in regione moleſta Frigore nunc nimio: nūc intolerabilis eſtu: Nunc fuiſſe tpibus Homeri oſtēdit Gellius ex epigrāmate qđ apud Heliconē in tripode muſis Heſiodus ipſe dicarat. Hic poeta ad perſen fratrē ſcripſit librū quē appellauit opera et dies. Vbi docuit queadmodū agri et quib⁹ tpib⁹ colendi eſſent. et adeptus eſt palmā in medio dicendi genere vt Quintiliano videt: licet Virgilius eū ſuperaſſe putet in georgicis auctore Seruio Prim⁹ certe Heſiodus metrice ſcripſiſſe dicit de agri-

Aſcra Heſiodi patria

Alia trāſlatio Aſcrā ras miſerā penes hic Helicona colebat Hyberno dix triſte eſtu optabile nūq;

# Prefatio

Laus agriculture et agricolarum

cultura · que ſola eſt ex qua queſtus ſtabiliſſimus honeſtiſſimuſqꝫ cõſequit̃ · minimeqꝫ inuidioſus · quã Ariſtotiles in oeconomico potiſſimã ſcḋm naturã poſſeſſionũ cõmemorat. Quocirca olim Delphicus Apollo Aglaum Propbodiũ dixit eſſe feliciſſimũ: qui paruũ quidẽ prediolũ colebat: ſꝫ annuis victibus large ſufficiens: ex quo nunqꝫ egreſſus ferebat̃. Vñ Virgili⁹ tã vere qꝫ eliganter li. ij. georgicorũ ait O fortunatos nimiũ ſua ſi bona nõrint Agricolas: quib⁹ ipſa ꝓcul diſcordibus armis Fundit humo victũ facilẽ iuſtiſſima tellus. Et ab Horatio in carmine epodo decentiſſime dictũ eſt Beatus ille q̃ ꝓcul negotijs Vt priſca gens mortaliũ Paterna rura bobus exercet ſuis Solutus om̃i fenore. Preterea ſine agricultoribus nec conſiſtere mortales nec ali poſſe manifeſtũ eſt. Quamobrem qui rura coluerunt piam et vtilẽ vitã agere credebant̃. Om̃ enĩ rerũ ex quibus aliquid acquirit̃ nihil eſt agricultura melius · nihil uberius · nihil dulcius nihil libero homĩe dignius. De agricultura igit̃ tam laudata · tamqꝫ frugifera ſcripſere ꝑmulti. quorũ bonã partẽ Terentius Varro · qui rem ruſticã expoliuit nomĩat. Plinius aũt li. xiiij. et Columella li. p̃mo ſcribunt ꝙ Heſiodus princeps olim de agricultura precepit. Quẽ ſecutus Virgilius in georgico carmine ait Aſcreũqꝫ cano romana per oppida carmen. Scripſit etiã Heſiodus Theogoniã et quedã alia.

De Aglao Pſophodio lege Valeriũ maximũ li. vii ca. i. et Pliniũ li. vij. ca. xlvi.

¶ In libro georgicorũ dixit Dimidiũ eſſe plus toto. Quid ꝑ hoc intelligi voluerit · declarat Philipp⁹ Beroaldus Bononienſis vir qꝫ clariſſim⁹ in appendice annotamentorũ in duodecĩ ceſares Suetonij tranquilli dicens. Heſiodus ĩ libro cui titulus opa et dies verſuꝫ hũc poſuit Ignorãt ſtolidi qꝫ toto ſit medium plus. Diſſoluenda queſtio eſt: cuius mentionẽ fecit Celli⁹ li. xvij. noctiũ acti. nec tñ reliq̃t explanatum qd

Quid itelligi voluerit Heſiodus cũ ſcripſit Dimidiũ eſſe plus toto.

# Prefatio

Heſiodus ſe dicere ſentiat: cū dimidiū plus toto eſſe dicit· qđ cōmuni plane ſenſui videt reluctari. Plato li. iij. de legibus planiſſime explicat hoc ambagioſū ſcribens rectiſſime dictū eſſe ab Heſiodo Dimidiū plus eſſe q̄ totū. qñ videlicet totū ꝯprehendere noxiū eſt: dimidiū vo tempate ſe habet. Hinc intelligi voluit Moderatū immoderato plus eſſe: vtpote melius deteriore. docetq; principatum moderate conſtituendū eſſe: et ad mediocritatē redigendū. Idē li. iij. de rep. laudās vitā moderatā tanq̄ optimā. Heſiodū illud ſapienter dixiſſe cōmemorat Dimidiū plus eſſe q̄ totū. Conſimiliter Ariſ. iiij. politicorū dimidiū eſſe plus toto docet; ex eo ꝙ gubernatio temperata durabilior eſt et melior q̄ impotens et immodica. Ideoq; Phocillides bonis optauit multa, mediocribus optima. et ipſe mediocris eſſe voluit in ciuitate. Idem Ariſtotiles ꝓfitet̄ mediocritatē et mediū eſſe optimū mediocriſq; fortune bonorū poſſeſſionē ait optimam oīm eſſe exiſtimandā. Idē in ethicis Virtutes mediocritates eſſe tradit. Ex quo colligitur mediū et moderatū optimū eſſe in vita degenda, et plus q̄ totū appetendū. Nō me preterit aliter ab alijs Heſiodi verſum exponi ſolere. ſed hec Platonica a nobis et Ariſtotelica interpretamenta magis ꝓbant̄: cum eruditiora ſint et veriora. Hec ille. Quidā dixerūt Heſiodū contendiſſe carminibus cū Homero fuiſſeq; victorē: qđ indicat tripos poſitus ab Heſiodo cū hoc epigrāmate Heſiodus donū dedit hoc ſpectabile muſis· Diuinū cantu cū Calcide vicit Homerum.

Moderatū melius immoderato.

Virtutes mediocritates.

Heſiodus cū Homero carminibus contendiſſe dicit.

¶ Finis Prefationis

# Pio .ij. pontifici maximo Nicolaus de valle.

ſ I vacat Enea rerum digniſſime preſul:
Grataqꝫ ſunt animo carmina noſtra tuo
Perlege que quondam dulci modulatus auena
In Latios auſus vertere Greca modos.
Aſcrei inſpicies poete
Grecia quo quondam floruit Heſiodo.
Hec fuerant (fateor) plectro meliore canenda:
Hic opus ingenij quippe ſenilis erat.
At quia nonnullos tam magna ſuperbia vates
Eleuat: vt nullo greca in honore putent.
Sum tamen hoc auſus biſſeptem et quattuor annis
Dum mea labuntur luſtra trahente dea.
Sumpſimus et tenues grecorū e fontibus hauſtus.
Mixtaqꝫ cum greco lingua latina fuit.
Quicquid id eſt ad te vatum clariſſime vates
Mittimus: es Clarion on minor ipſe deo:
Suſcipe: et Heſiodum placido complectere vultu:
Hic quoqꝫ iudicio ſtetqꝫ cadatqꝫ tuo.

# Heliodi poete Georgicon:

erga·Kaijmerai .i. opera et dies Liber Primus:

Pierides muſe quarū viget inclita cantu
Fama ducū: et veſtri decus imortale parētis
Dicite cur hominum pars hec ſine nomine vitam
Ducat: et illius cur fama eterna per altum
Euolet. hec Iouis eſt magni diuina voluntas:
Ille etenī altitonans ſummi regnator olimpi·
Excitat imbelles animos: et fortia corda
Debilitat: duce quo fortuna inimica ſuperbos
Deprimit: atq; humiles clarum ſuper ethera tollit.
Tum male mens hominis meliore inclinat ad vſum:
Et cupiunt molles crudelia pectora cultus.
¶ Exaudi quicunq; polo ſpecularis ab alto:
Cui nihil ignotum eſt: ſanctiſſima dirige iura
Iuſticie: liceatq; mihi fraterna monere
Pectora: et ignotos viuendi oſtendere mores.
¶ Sunt gemine in terris quibus alterantur in vnum
Mortales cauſe: varia que mente trahuntur.
Vna quidem ſtudium laudabile ſedula curat.

# Georgicoꝝ Heſiodi

Altera crudeli rerum depaſcitur hauſtu:
Bella cupit: pugneqꝫ exercet iniqua tumultus:
Inuiſum atqꝫ atrox peſtis genus: hanc tamen ipſi
Mortales fugiunt: tandemqꝫ volentibus hanc dijs
Exoptant: nequeuntqꝫ huius cohibere furores.
Illam autem prius obſcure genuere tenebre.
Sed fato meliore pater Saturnius illam
Et generi humano et terre radicibus imis
Impoſuit: ſegnes artus et inertia corda
Excitat. alter enī ſegnis cui vita manebat
Alterius ſpectans cumulos: mora nulla: bouesqꝫ
Iungit: et impreſſo terram diuertit aratro.
Siue domum curat: ſiue inſerit: alter ad artes
Vicinum vicinus agit. laudabilis hec eſt
Pugnandi ratio. fugienda ſed altera: ſub qua
Inuidet aut figulus figulo: vel egenus egeno:
Siue faber fabro: dulciſqꝫ poeta poete.
❡ Hec mea dicta precor toto cape pectore Perſe:
Nec te crebra foro ſpeculantem iurgia vulgi

# Liber primus

Auocet a ſtudijs pugnandi inimica voluntas.
Nemo forum ſequitur: quē non fouet annua meſſis
Et bene clauſa domi cereris gratiſſima dona.
Hec querenda prius: dehinc ſi vacat: i pete vulgus
Et fers in alterius rebus certamina pone.
At non illud ages iterum germane: quod olim
Auſus es infelix. litem hanc data iura reſoluent.
Scis quondā inter nos patria eſt partita facultas.
At tu nil iuſta multum plus parte vereris
Tecum efferre rapax. corruptus munere iudex
Ille tuo eſt: ſub quo tota hec ſententia pendet.
Ignarus: non nouit enī q̄ dulcius: aut q̄
Sit medium toto melius: ſeu viuere malua
Utilius: quantum dulci ſeu viuere porro
Nos veterum victus occultauere ſuperni.
Inq; polos retinent celeſtes: tempore quorum
Sat fuit vna dies tenui exercenda labore.
Una quieſcenti tibi. dehinc alimenta parabant
Annua. tunc poterant temonis robora fumo

# Georgicoꝝ Heſiodi

Exploranda dare. et nulli iuga curua premebant
Terga boum: nullum hemiones ſenſere laborem.
Nos voluit faciles viuendi abſcondere mores
Ira Iouis: cum ſe deceptum fraude Promethei
Senſit; et illius cauſa mortalibus auxit
Curarum moles; ſubreptumque abdidit ignem.
Reddidit hunc iterum terris: curuaque latentem
Subripuit ferula cauto puer ille tonanti
Iapetionides laeto qui fulmine gaudet.
Luſit fraude ſua. ſubitam tamen arſit in iram.
Nec pater effatus: nubis collector aquoſe
Iapetionide: cuius prudentia cunctos
Conſilio excellit; magnum ſpreuiſſe tonantem
Arte tua gaudeſque dato mortalibus igne.
Heu nociture tibi: generi nociture futuro.
Tale mali genus excutiam quo pectore toto
Exultent homines cupidi ſua damna miniſtrent.
Subriſit fatus diuum pater atque hominum rex
Vulcanum aſpiciens: atque illi talia mandat.

# Georgicorũ Heſiodi

Vade celer ſpeciem e terra mixtoqꝫ liquore
Confice mortalem: cui vocem et robora iunge.
Sitqꝫ ea virginee celeſtis imago puelle
Quam ſibi quiſqꝫ velit: dea quã doctiſſima Pallas
Inſtruat: et varias percurrere pectine telas.
Adijciat capiti facilem Venus aurea formam:
Curret vt aſſidua ſtimulata cupidine corpus.
Interpres ſuperum victor Cyllenius Argi:
Fallacemqꝫ addat mentem et fallacia verba.
Dixerat: imperio Iouis annuit equa voluntas
Celicolum. exemplis fingis Vulcane puellam
Virginis ora dee ſimilem: quam glauca Minerua
Cinxit: et ex omni fulgentem parte poliuit.
Hinc etiam Charites: etiam celeberrima Pitho
Aurea candenti poſuere monilia collo:
Effuſeqꝫ comas horti de flore coronam
Vernali tribuere dee. tamen attica Pallas
Illam precipuo forme decorauit honore.
Et ſuperum interpres victor Cyllenius Argi

# Liber primus

Fallacem attribuit mentem et fallacia verba.
Sic pater altitonans diuino iuſſerat ore.
Quandoquidē dederat ſua munera quiſqꝫ deorum:
Mercurius merito Pandoram nomine dixit:
Exitiale malum mortalibus et fera peſtis.
Poſtqꝫ autem tantos confecit Juppiter aſtus:
Mercurium ad magnum iubet ire Epimethea: dono
Cui ferat hanc. qui nil veritus: precepta Promethei
Cepit: et accepto nouit ſua damna Epimetheus.
Nam prius humano generi ſecura manebant
Tempora: nulla mali ſpecies aut cura laboris
Morborumqꝫ genus: triſtem qui funeris atri
Corripuere viam: quibus omnis frangitur etas.
Viuere dulce fuit. quadam ſed tegmen ſub vrna
Dum Pandora leuat: totum exiliere per orbem
Curarum infeſte effigies. ſpes ſola remanſit
Intus: et ę labris ima ſub parte reſedit
Obſtitit impoſitum nam tegmen abire volenti.
Sic qui fulmen agit nubis collector aquoſe

# Liber primus

Iuſſerat. innumere etiam mortale vagantur
Per genus infande ſpecies: quibus equor et omnis
Terra infecta tumet: morbi noctesq; diesq;
Sponte ſua ſine voce ruunt. namq; ab Ioue ſummo
Ablata eſt illis quecunq; potentia fandi.
Sic impune parens offenditur ille deorum.
¶ Si vacat o frater: ſi non audire recuſes:
Ordine plura canam. genus immortale creatum
Ac mortale ſimul credendum eſt. aurea primum
Secula dij ſuperi totum ſparſere per orbem.
Tempore quo celi imperium Saturnus habebat
Tunc homines diuum viuebant more: nec illos
Anxia curarum moles: operumq; labores
Caſſabant: aberat triſti cum mente ſenectus:
Semper et in valido regnabant corpore vires:
Nulla mali labes: conuiuia leta placebant:
Mors ſimilis ſomno fuit: atq; vberrima tellus
Omnia liberius nullo cogente ferebat
In commune bonum: nec quiſquā inuidit habenti.

# Georgicoꝝ Heſiodi

O felix etas: erat omnibus vna voluntas:
Et taciti letos ſoluebant pectora in vſus:
Aurea poſtq̃ hominum paulatim defuit etas:
His pater altitonans meritos adiunxit honores.
Sub terris habitare dedit: qui numina facti:
Et genus humanum: ſancte quoq; iura tuentur
Iuſticie: tenebris circumfuſiq; peragrant
Terrarum fines: et opes mortalibus augent.
¶ Proxima ſucceſſit terris argentea proles:
Auro deterior: ſenſuq; et moribus impar.
Tunc ſibi quiſq; ſue facere ſub vbera matris
Otia mortales. paulatim adoleuit in annos
Ingenij rude principium: quo decolor etas
In proprijs etiam laribus rude pectus agebat.
Aucta tamen poſtq̃ ad ſummum peruenerat etas.
Viuendi breuius ſpacium fuit. anxius ardor
Curarū incumbens aderāt: quas improba mentis
Gaudia fecerunt: alterna iniuria nunq̃
Reſtitit: et nulla in ſuperos reuerentia nullos

# Liber primus.

Sacrorum ritus etas argentea vidit.
Hanc deus extinxit: meritam ſtemmatus in iram.
Poſtq̃ hominum occuluit argentea ſecula tellus.
Non tamen illorum ſine nomine vita receſſit;
Sub terriſq; dei ſedes coluere ſecundas.
¶ Tertia poſt illam ſucceſſit et enea proles.
At nihil argento ſimilis: oriadumq; creata
Sanguine; dura quidē robuſtaq; pectora tendens
Tota feri miſero martis feruebat amore.
Nulla quies illi: nullum ius: durior etas
Ipſo adamante fuit: vultu metuenda ſuperbi;
Cui nunq̃ inuictum robur: forteſq; lacerti
Defuerant humeris. tunc erea tela: domuſq;
Omnis in ere labor: non ferri enterſerat vſus.
Nec autem proprio proles conſumpta furore
At gelidi loca nigra dei ſine honore receſſit.
Et quamq̃ extiterit inuicto robore; ab atra
Morte tamen victa eſt: ſolis lumenq; reliquit.
¶ Poſtq̃ autem occulta eſt: atq; enea corruit etas;

Quarta fuit ſoboles melior: cui plurima toto
Iuſticie herebant animo precepta verende.
Diuinum genus heroum: primumq; vocari
Semidei: immenſos illi potuere per orbes.
Hos inſatius amor martis: belliq; nefandi
Ardor: Agenoride ſeptem prope menia Cadm
Edipode imperij cauſa conſumpſit: et alti
Hos maris vndiſoni fluctus: cũ Pergama d
Argolice peterent. vbi pallida mortis imago
Deſuper incubuit: dum iuſto vlciſcitur enſe
Tindaris: hos etiam toto diuiſit ab orbe
Iuppiter: et vite meliorem tradidit vſum:
Elyſioſq; dedit colles habitare profundi
Littus ad oceani. felix et ſancta propago.
Hic tibi venat humus: vbi dulcia poma quotãnis
Ter gremio effundit nutrix vberrima tellus.
O vtinam non me quinta cum ſtirpe creaſſent
Fata: ſed ante mori: ſeu poſt licuiſſet oriri.
Ferrea nunc etas: quam cure et mille labores

# Liber primus

Nocte dieqꝫ premunt. paulatim ac illius inſtant
Exitio: ſic dijs placitum. ſed proſpera tanto
Fata etiam venient aliquando in turbine rerum
Nec minus hec infanda hominum delebitur etas.
Cum matura annis illorum tempora cani
Inficient crines. natis nec vt ante parentes
Nec patribus nati ſimiles: nec ab hoſpite tutus
Hoſpes erit. ſanctum corrumpent fedus amici.
Et furet arma ciens inter diſcordia fratres.
Viuet honoris inops hominum properata ſenectus.
Nec pudor effractos ſenio obiurgare parentes
Infelix ſoboles legem et precepta deorum
Neſciet: inualido non hec alimenta parenti
Iuſta ſuo reddet. quid enim que iniqua rapaces
Appetet vſqꝫ manus vrbes et menia nai rem
Alterna delera manu: iurataqꝫ fallent
Numina: iuſticie nulli tribuentur honores.
Pulſa geret bonitas: illum venerabitur orbis
Cui mala mens ſuadet fera crimina. tota iacebit

# Liber primus.

Tota quidem orbato tecum reuerentia vultu.
O dea iuſticie ſoboles en improba ledet.
Si probus vllus erit quem contra inſurget: iniqua
Voce furens: fictum affirmans. alitrixqꝫ malorum
Inuidia: incedet fatali turbida vultu.
Protinus humanas ſedes aſcrea relinquet:
Diua ſuos pariter tendet reuerentia curſus
Ad ſuperos: nitido velataqꝫ corpus amictu.
Mille recedentes ille mortalibus egris:
Non ceſſanda tamen: rerum mala ſemina linquent.
¶ At nunc te moneam: quanq̄ ſapis omnia: iudex
His intende animum ſed quid iuuat iſta monere?
Stultus: maiori quicunqꝫ reſiſtere tentat
Vincitur: et magno penas ſubit inde pudore.
Sic ego ſum tanq̄ volucris quam prenderit aſtur:
Prenſaqꝫ ſublimes agitur philomena per auras:
Nec dolet infelix vngui tranſfixa recuruo.
Quam contra horribili raptor ſic intonat ore.
Quid miſera exclamas: te multum fortior aſtur

Te pꝛemit: huc adſis quo te meus egerit ardoꝛ:
Et quanqꝫ bene / ſuaue canas / mihi cena futura es
Si lubet: aut dimiſſa iterum remeabis in auras:
Sic fatus tacuit pennatus et impiger aſtur.
Tu modo iuſticiam cole; nulla iniuria Perſe
Tecum habitet: fatale gerit ſecum illa. nec illam
Ullus amat niſi mens cui vilis et impꝛoba ſurgit.
Vir bonus hanc inferre timet: quam ſi intulit / acti
Penitet: et magno contriſtat coꝛda doloꝛe.
Eſt via iuſticie melioꝛ: qua vincitur omnis
Omnis ad extremum veniens iniurius ardoꝛ
Quid dicam ꝙ nunqꝫ aliquid dementia noſcit
Ni modo paſſa pꝛius, ſi quis male iura miniſtrat
Peierat: et tandem dementi panditur erroꝛ.
Eripe iuſticiam. coꝛruptus munere iudex
Jus violat: dolet hec / et nulli viſa per vꝛbem
Triſtis it: et lachꝛimans penam moꝛtalibus oꝛat
Qui violant iura: et recti ſacra federa rumpunt,
Verum vbi iuſticie ſancti ſeruantur honoꝛes.

# Liber primus

Judicioq; pares et ciuis et aduena pendent:
Vrbs viget: augetur ſoboles: pax leta vagatur:
Pax iuuenum nutrit: nunq̃ his fatalia bella
Preparat altitonans: nullis in rebus egeſtas
Imminet: in quenq̃ nulla eſt offenſio: dulci
Quos iuuat interdum genio alleuiare labores:
Terra quibus large fundit ſua ſemina: et alte
Montibus innate mittunt ſua munera quercus
Glandifere in ſummo: media tamen arbore muſſant
Vndiq; apum ingentes acies: veſtemq; miniſtrant
Lanigere pecudes: per ſe magis omnia florent.
Non his externas merces vehit ardua puppis:
Omnia dat tellus. quid eñ ꝙ iuncta marito
Et patribus ſimiles emittit femina partus:
Non datur hoc quibus illa placet violentia iuris:
Hos ad ſupplicium vocat alti cura tonantis.
Sepe ſubit penas plebs tota miſerrima tantum:
Vnius ob noxam: peſtis furit atra per vrbem:
Et maleſuada fames: paulatim deficit omne

Vulgus: et euacuos oſtendunt tecta penates.
Femina nulla parit. ſic ſeuit Juppiter erga
Quos male facta iuuant: qui ſi modo forte cruentum
Militie exercent ſtudium: mora nulla: ſiniſtro
Marte cadunt. vel ſi potius iuuat ire per altum
Illorum in medio ſubmergitur obruta cdupis.
¶ Vos igitur qui iura datis conuertite mentes
Ad tales hominum penas. diuina poteſtas
Mortales circumuolitans: videt improba quorum
Judicia emergunt multorum in damna: deumqꝫ
Ignorant monitus: genus hij mortale pererrant
Innumeri: tenebris circumfuſiqꝫ: tuentur
Juſticie ſacra iura: domant genus omne malorum.
Illa quidem virgo eſt ſupero Joue nata parente
Nomine clara ſuo: cetuiqꝫ verenda deorum.
Quam ſi quis violet: lachrimãs ſua fata: parentis
It Jouis ante pedes: et lamentabile fundens:
Humanos queritur mores: ac debita poſcit
Supplicia in populos. tu iudex cauſa malorum

# Georgicoꝝ Heſiodi

Qui violas ſacra iura dee: iam dirige mentem:
Jus cole: in alterius te nulla pecunia vertat
Damna: nocet ſibi qui cuiqꝫ nocet: et male ſudet
Ille ſibi: in quemqꝫ ſi quis male iura miniſtrat:
Cuncta videt pater om̃ipotens: et qđ mihi tecum eſt
O iudex: modo ſi lubeat: ſpeculatur ab alto:
Nil latet hũc: aut hoc quales tribuantur honores
Juſticie in populo. quam non ego pectore toto
Nec mea progenies coleret: poſtqꝫ orbe ſub iſto
Spreta iacet bonitas: et ius iniuria vincit:
Inuito Joue ni fierent. hec accipe frater:
Hec animo meditare: iniuſtum pone furorem:
Jus quoqꝫ frater ama: ſine quo genus omne ferarũ
Credimus alterno certatim corpore paſci.
At nos inſtituit vite melioris origo:
Jura dedit pater omnipotens: ea pectore toto
Si quis habet: decus eternum: pia premia reddet
Juppiter affligit ſi quis pro teſte vocatus
Peierat: ac merito penſatur culpa nocentis

# Liber primus

Supplicio. offendens ius ille offenditur vna:
Ex quo obſcura quidẽ: nulli quoqꝫ cognita ſurget
Poſteritas. iuſto de ſanguine nata propago
Clara caput tollet: patrios ſeruata decore.
¶ Hec quoqꝫ que referam ſtudioſiſſime concipe frater.
Nã facile innumeras vitiorum amplectimur artes
Haud ꝑcul illa habitãt. breuis eſt via q̃ ſit eundum
Eſt via virtutis contraria: ſudor anhelus
Hanc ſequitur: que ſe ſcopuloſis ardua cliuis
In longum prorumpit iter: riget aſpera primo
In greſſu: leuis eſt poſtqꝫ cacumina tanges.
Optimus hic ſeſe qui nouit cuncta magiſtro:
Proſpiciens rerum fines meliora ſequuntur
Dignum laude virum parentem recta monenti
Credimus. ille tamen ſibi qui non conſulit: aut qui
Alterius precepta fugit: vir inutilis extat.
¶ Ergo age frater ades generoſo e ſanguine Perſes
Non fuge fraternos monitus. operare laborem.
Inuideat tibi dira fames: ſpicaqꝫ recanti

# Georgicorū Heſiodi

Alma ceres ornata caput ſua dona miniſtret:
Sit tibi plena domus. ſegnem crudelis egeſtas
Opprimit; hunc homines odio ſuperiq; ſequuntur
Torpenti ſimilem fuco: cui ſpicula ſurgunt
Horrida: diſtenſumq; fauis conſumit edendo
Semen apum; piger ipſe ſedet: vitatq; laborem.
Tu modo curam operi; quantū potes: adijce frater.
Horrea ſic rumpunt meſſes; ſic copia rerum;
Sic pecus augetur: ſic tu mortalibus aut dijs
Gratus eris. ſegnes animos et inertia corda
Oderunt. operi laus eſt imponere curam;
Turpe ſed huic prohibere manus. incumbe labori.
Forſitan ad ſtudium torpentia pectora vertes
Dum partas oſtendis opes, virtutis adeptus
Nomen: et eternum laudis decus. vtere queſo
Arte: para victum: violare aliena nefandum eſt.
Fac ſuperis equandus eas. incumbe labori:
Nec pudeat. pudor hic multos inhoneſtus egentes
Secum habet, auget opes fiducia: q̄ melior res

# Liber primus.

A ſuperis : non vi . prob rerum inſana cupido :
Prob animis infuſa lues . iam nulla pudoris
Cura : iacet paſſim longe poſt terga relictus.
Tu coleris : duce te paulatim corruit ille
Dijs inuiſus homo : cui mens intenta rapinis
Inuigilat . neqꝫ em̄ ſemper felicia durant.
Nec minus omnipotens penis affligit eiſdem
Qui ſeruum offendit : vel qui ſanctiſſima frangit
Federa amicitie : ſeu qui cum coniuge fratris
Non pauet infandos coitus fraternus adulter :
Uel qui in pupillos audet vim ferre nefandam :
Uel qui in longeuum confecta etate parentem
Horribili voce inſurgit : vix abſtinet illi
Uerbera : non impune tamen : ſtat pena nocenti
Poſt obitum . depone igitur tam falſa ſuperbe
Mentis conſilia : et melioribus vtere queſo.
¶ Ture pio venerare deos : bis tempore in omni
Et munde et pure liba : cum clara niteſcet
Sole dies : aut cum nox circumfuſa tenebris

Abſcondet terras: caſto torrenda ſub igne
Hoſtia macteur: hymnos cane: iura miniſtra
Ut tibi dij faueant: immenſaq; copia rerum
Hinc tibi naſcatur: multis vt egentibus ipſe
Subuenias: non vt viuas germane rapina.
¶ Conuiuas inter ſi vis diſcumbere: amicus
Non hoſtis veniat. primum vicinia. nam ſi
Aduerſum quicq; acciderit: de more repente
Primum illa accurret. que ſi ſine veſtibus eſſet
Nuda etiam veniet: q̄d nõ tibi ſanguine iunctus
Non aget: iſte ſibi veſtes et omnia ponet.
Improba damnoſa eſt vicinia: ſed proba ſi ſit
Utilis: hec igitur cupienda eſt pectore toto
Tanq; laudis opus. neq; enim lamenta refundes
Amiſiſſe bouem. proba ſi vicinia tecum eſt.
¶ Acceptum metire: et eodem pondere redde
Vicino: tibi vt hic iterum ſuccurrat egenti.
¶ Res male parta mala eſt dãnoſaq; ſemꝑ: ab illa
Ergo caue: ne te vincant in amore ſodales.

# Liber Secundus

Illum adeas qui te. fac muta munera reddas.
Sponte datum capias: ſcelus eſt letale rapina.
Quicunqꝫ (et ſi magnum) aliquid largitur amico.
Letatur. quicunqꝫ iacit de fronte pudorem.
Et rapit alterius quicqꝫ: intima turbat amici
Viſceraqꝫ et mentem. cui vis illata rapine.
¶ Adde parum paruo paruo ſuperadde puſillum
Fiet et hoc magnum. infelix pelletur egeſtas
Si modo rem cumules: hominem nec ledit habere
Cuncta domi: nocet eſſe foris. ꝙ̄ dulce bonumqꝫ
Preſens accipere: atqꝫ abſente carere moleſtum eſt.
Tunc bene potandum cum plena effundit ab aluo
Vina cadus: tunc parcus eris cum parte lyeus
Defluit e media: ſed cum declinat ad imum
Spumantes iterum cyatos et pocula ſume.
¶ Quicquid polliceare homini ſeruetur amico.
Si quicqꝫ cum fratre tibi eſt teſtem adijce rebus
Subridens: nocuit non credere: credere ſemper
¶ Neue tuam alliciat meretrix caue femina mentem

Rem totã vorat illa: nimis dũ blanda videtur.
Heu ꝗ̃ damnoſum mulieri eſt fidere cuiqꝫ.
¶ Rem patris acceptã melius fouet vnicus heres:
Auget et hanc. at tu plures in morte relinque
Ex te ortos: nã plura pater Saturnius illis
Attribuet. ſed te ſi tectus tangit habendi
Ardor adhuc: fragiliſqꝫ placet tibi gloria rerum.
Hec age que moneam: et varios operare labores.

# Liber ſcđs georgicoꝝ heſiodi

c Um celo emergũt ſublimi ab atlantide nate
Pleyades. truncãda ceres: morientibus illis
Mitte in aratra boues. latitare ea ſidera dicunt
Viginti totidẽqꝫ dies: annoqꝫ voluto
Apparent iterum: maturam incidere meſſem
Rurſus et incipiunt dentata falce coloni.
Hanc legem agricole atqꝫ habitantes littora ſeruant
Aut qui pingue ſolum vallosaqꝫ tecta tenerent.
Nudus ara: nuduſqꝫ ſere: et mete corpore nudo:
Si tempeſtiuos agrorum ducere cultus:

# Liber Secundus

Augeriqꝫ illos magnis ſucceſſibus optas.
Neue aliena roges interdum pauper egenus.
Et ſi ad nos ſupplex iterum fortaſſe redibis
Nos iterum dabimus. iuuet exercere labores
Improbe (quos inter mortales diua poteſtas
Sortita eſt) ne triſtis inops cum coniuge meſta
Aut cum natorū miſera comitante caterua
Victum a vicino rogites. dare negligit iſte:
Bis ſeu ter fortaſſe dabit: dehinc ſi petis vltra
Proficies nihil: at tu plurima verba refundes:
Orabiſqꝫ iterū: fruſtra tamen, artibus vt te
Jampridē admonui inuigila; atqꝫ incūbe labori
Dira fames procul hinc abeat, tua debita ſolue.
Imprimis tibi conde domum; precioqꝫ miniſtrā
Dehinc eme: quā poſſis cuſtodē adiūgere bobus.
Pone domi toto quantum tibi ſufficit anno.
In rebus ſpes eſt alienis irrita: nam ſi
Hic dare forte neget: tu ſemper pauper egebis.
Tempora labuntur: operum quoqꝫ deficit vſus.

Ad cras rem differre nocet: nuncqꝫ horrea nuncqꝫ
Implet iners aut q̄ tēpus ꝓducit. habenda eſt
Cura operi. turgeſcet opus: mala mille moleſtant
Affliguntqꝫ hominem cui ſegne et inutile corpus.
¶ Cum bene ſe poſuit rapidi vis ignea phebi
Ac pater omnipotens fecundis imbribus ether
Deſilit in terras: et languida membra reſumunt
Iampridem amiſſas eſtiuo in tempore vires
(Nā breue ſol hominū ſupra caput aſtat ab alto:
At de nocte magis curſus exercet agendo)
Tunc operum multo ante memor: diſcinde ſecuri
Siluam incorruptam: tunc germina deſinit arbos
Fundere: datqꝫ ſuas volitare per aera frondes:
In tres tende pedes mortaria: contineat tres
Piſtillus cubitos: pedibus quoqꝫ confice ſeptem
Temonem: qui ſi fuerit protentus in octo
Hinc tibi malleolus crebros formetur in ictus:
Palmarūqꝫ trium rota ſit. varijſqꝫ repone
Ligna effecta modis: validāqꝫ in montibus altis

# Liber Secundus

Querè: vel effuſo campi ſuper equore: pinum:
Ac ſtiuam compone · manum qua firmet aratòr
Temonem cuneis dentaliq; alliget imo:
Torqueat et fortes illa durante iuuencos.
Binaq; preterea tectis ſeruentur aratra
Sic melius. nam ſi caſu diſcinditur vnum:
Reſtat adhuc aliud: validos agitare iuuencos.
Temonem et vlmo viridi ſeu confice lauro:
Stiua ſit ex pinu: dura dentalia quercu.
Duc in arata bouem nono qui viuat in anno:
Apta etas operi matura eſt: franget aratrum
Bos iuuenis: minitans iuuenili prelia cornu:
Et rixam exacuens: opera imperfecta relinquet.
Quere quater decies annorum etate bubulcum.
Quadrifidus panis et ofellas ceſus in octo
Sit cibus huic. recto ſulcabit vomere terram
Si maturus erit. ſtudium intermittet arandi
Junior: aſpiciens pares etate colonos
Ibit ad hos ludos quos ſcit laſciua iuuentus.

# Georgicoꝝ heſiodi

Ergo non melioꝛ iuuenis: nec ſemina verſe
Sparget humi quantum terre menſura requirit.
¶ Contemplare etiam cum grus e nubibus altis
Aſſiduos agitat clangores: nunciat imbꝛem
Venturamq; hiemem: tempuſq; indicat arandi:
Angit et illius mentem cui nulla boum ſpes.
Tunc redeant feni plena ad preſepia tauri:
Tunc ꝓprios operare boues et plauſtra. ſed inquis
Nō habeo: dabit hic. facile eſt petere atq; negare.
Mentis inops alius. quid enī componere currum
Tunc volet ignarus: non nouit quantus in illo
Sit laboꝛ: et centum compagibus inſita ligna.
Que debent multo ante domi prouiſa reponi.
¶ Pꝛeterea cum tempus adeſt reſcindere campum.
Foꝛtius inſiſtas operi: exercere miniſtros.
Nā vertenda duplex tibi ſicca: atq; humida tellus.
Vere nouo veniant celeres ad aratra iuuenci:
Fertilis et feruens culmus pꝛocumbat ariſta.
¶ Neu te decipiat cum ſemina colligit etas.

# Liber Secũdus

Sit noua vbi ſtudeas tellus: nec arata quotãnis.
Terra recens large natis alimenta parabit.
¶ Plutonẽ in primis venerare: atqꝫ annua ſacre
Vota refer Cereri: cum ſtiue innixus agendo
Incipis exercere boues: ſtimuloqꝫ fatigas:
Sic immenſa tibi ſurgent cerealia dona.
¶ Semina cum terre committis pone ſequatur
Seruulus: atqꝫ auibus raſtro ſata leta recondet.
Optima crede iuuat rerum prudentia cunctos.
Leditur aduerſo qui negligit omnia fato.
¶ Si ſit pingue ſolum: grande inclinãtur ariſte:
Feliceſqꝫ operum ſucceſſus a Ioue ſummo
Hinc capies: neqꝫ ſub tectis extendet arachne
Fila: ſed immenſe replebunt horrea meſſes:
Tunc gaude: et cani florentia tempora veris
Letus agas: cum te incaſſum crudelis egeſtas
Aſpicit: et parto turget domus: atqꝫ aliena
Re tibi non opus eſt: tua pluribus adiumentum.
¶ Fit ſterilis tellus medio verſata ſub eſtu.

# Georgicoꝝ Heſiodi

Hincqꝫ ſolo reſidens imas falcabis ariſtas
Auerſos religans culmos: tenuiſqꝫ ſequetur
Spes vite: pauci te mirabuntur. ab agris
Parua ſub exiguo referentem farra caniſtro.
Difficile interdum mutabile noſcere tempus:
Mobilis et varia eſt alti natura tonantis.
At ſi tardus aras: tardus tibi ſolus arauit.
Afferet auxilium ſi largis imbribus ether
Tres noctes totidēqꝫ dies non ceſſat ab alto
Donec replerit validi veſtigia tauri.
¶ Tpe quo querna reſidenſqꝫ ſub arbore coccys
Exululat: gaudentqꝫ hominum mortalia corda
Vere ſub aprico. ſic tardus forſitan eques
Qui tempeſtiuo diuertis vomere terram.
His intende animū: nec florida tempora veris
Te lateant. glacialis hyems tibi cognita ſurgat
In qua incūbendum eſt: nec te vllo taberna moret̄
Aut narrata loco ſub aprico fabula tardet.
Dū frigent alij. vir rem tamen impiger auget.

D

# Liber Secūdus

Surge igitur: nec te paupertas opprimat illo
Tempore / dira fames tenues facit eſſe lacertos:
Elatoſqꝫ pedes: et crura tumentia multo
Sanguine. ſegnis inops / et ſpe ſuſpenſus inani
Inclinat mentem ſceleri: et meditatur iniquos
Unde paret victus. hominē ſpes nutrit egentem
Irrita / cui nihil eſt / et tota luce vagatur.
¶ Dū media elapſa eſt eſtas: properate miniſtri
Condite dic caſulas: nā ſemper non erit eſtas.
¶ A Jano menſem dictum caue: nubibus ille
Letalem bobus glaciēqꝫ et frigora ducit.
Tracius inſurgit boreas: et turbine facto
Diſturbat maria: ac comas: ſiluāqꝫ ſonantem:
Alticomas quercus: annoſaqꝫ robora pinus
Diruit ex alto: et valles iaculatur ad imas.
Siluarum auditur fragor vndiqꝫ / ſed fera duros
Arrigit ipſa pilos: caudāqꝫ in cruribus angit.
Quinetiā quibus eſt villis denſiſſima pellis.
Perforat ille quidē: ſetoſaqꝫ pectora tranſit:

Nec ſe defendunt dura ſub veſte iuuenci :
Et miſere algeſcunt hirſuto crine capelle .
Vincit ouis boꝛeam inſtantē : fultoqꝫ repellit
Tegmine lanarū : ſed nō obſiſtitur illi
A ſenibus : curuo facit bos incedere collo .
Nec tamen ad tenerā penetrat boꝛeale puellam
Frigus : at illa domi cui nondū nota libido
Matris apud care gremiū ſedet : atqꝫ hyemales
Nō ſentit glacies : et tota nocte quieſcit :
Atqꝫ oleo teneros interdū perluit artus .
Tūc polipo durum eſt gelidis habitare ſub vndis .
Nec videt vnde ſibi venetur in equoꝛe pꝛedam .
Alleuietqꝫ famē : pꝛopꝛios tum deniqꝫ in artus
Vertit atrox rabiem immenſam . ſic imbꝛibus atris
Turbatur mare : ſic atra caligine celum .
Sol quoqꝫ ad ethyopas radios et lumina fundit :
Rarus apud graios . fugiunt animalia curui
Moꝛe ſenis valles imas . et dente trementi
Concaua ſaxa petunt / nemoꝝ tenebꝛoſaqꝫ tecta .

# Liber Secūdus

Tūc quoqꝫ ne noceāt hyemes tibi : protegat artus
Mollis lana tuos : cui texta ex ordine recto
Pauca · ſed aduerſo ducantur plurima fila :
Sitqꝫ ea crure tenus : vetat hec per corpora ſetas
Surgere · et inſtanti prohibet dureſcere vento .
Tegmina ſint pedibus taurorum e pelle cothurni :
Ne nocet hos inflare pilis . vt frigora vincas
Hedorum teneras neruo bouis inſue pelles
Ac dorſo ſuſpende . tegant capita alta galeri :
Ne madeant aures borea ſpirante cauendum eſt ·
Frigoribus . tunc ros celo diffuſus ab alto
Intus alit cererem ſacros operūqꝫ labores ·
Ille quidem vi ventorum e fluuialibus vndis
Tollitur in ſublime : et matutinus in agros
Deſilit · interdūqꝫ expectat tempora noctis .
Interdū borea nubes agitante procellas
Vertitur in ventoſam hyemē fuge prouidus illā :
Acceleretur opus : pete tecta obſtantia ventis :
Ne forte obſcuro nebularum infuſus amictu

Immadeas: largoſqꝫ imbres pluat humida veſtis.
Paſcua tunc carpant: q̃uis nõ pinguia: tauri.
Quippe arbor laris: et longa ſub nocte quieſcunt:
Nutrimẽtum ingens. vobis vberrima mando
Agricole: faciliqꝫ dies tranſire labore.
Hec ſeruanda tibi donec nox equa diebus
Atqꝫ iterum ſatio committit ſemina terre:
¶ At dum ſex decies ſol arduus occidit vndis
Hybernũ poſt ſolſticiũ: ſacroſqꝫ relinquens
Oceani fluctus: ſublimi arcturus olympo
Exoritur: primũ cupit et ſplendeſcere ſydus.
Tunc vites incide: noui neqꝫ nuncia veris
Antiquos iterans queſtus precedat hyrundo.
¶ Dũ tamen immenſos effundit pleyas eſtus:
Proſilienſqꝫ vmbroſa petit plantaria limax
Tellure e ſicca: tunc vinea nulla ligonem
Sentiat: accelerent vncata falce miniſtri
Maturam in ſegetem: nec te pulcherrima tempe
Detineant ſegnem: matutiniqꝫ ſopores:

# Liber Secundus

Eya age rumpe moras: pelle ocia ſegnia: pelle
Dū vocat alma ceres: robuſtaq; collige farra.
Pone domi toto quantum tibi ſufficit anno;
Mane operi aſſurgens; operis pars tertia mane
Cōficitur: labor haud grauis eſt. de mane viator
Longū linquit iter: tauroſq; exarcet arator.
¶ Preterea ſua pum ſtolimus florentia mittit
Germina: et in ramis dulces reſonare cicade
Sole ſub ardenti incipiunt trepidantibus alis:
Fit capra tūc mollis: tūc ſunt dulciſſima vina:
Feminaq; vrenti Veneris prurigine corpus
Appetit inſanos coitus: laſſantur ab eſtu
Membra virū; tantūq; poteſt vis ignea ſolis:
Tunc licet ardores gelida releuare ſub vmbra
Fontis ad apricos latices: ſemperq; fluentis
Murmur aque: faciles quā circum leniter aure
Aſpirant: zephiris plerunq; agitantibus illas.
Hic hilares letus cyatos: et pocula ſume
Rublina: ter infuſa magis que temperet vnda.

# Georgicoꝝ heſiodi

Hic tibi ab vberibus caprarum caſeus adſtet
Que nullos paſcant fetus: hic lactea liba:
Hic tibi ſilueſtris ponatur caro iuuence
Que nondum enixa eſt. hic mollior hedulus adſit.
Et iaceas ſaturus patula ſub tegminis vmbra.
Surge tamen celo cum fulget oryonis aſtrum:
Tempus adeſt: Cereri ſacras terat area fruges
Ad ventos poſita: atqꝫ ingenti equata cylindro.
Nec niſi libate ducantur ad horrea meſſes.
¶ Poſtqꝫ aūt ſatis ad victum tibi contulit eſtas:
Continuo: cui nulla domus ſit: quere miniſtrū:
Adde etiam ancillā que ſit ſine prole: moleſtum eſt
Et graue ſeruitium illius quā cura remordet
Natorū blandire cani: panēqꝫ miniſtra:
Peruigil ante fores ſedet ille: domūqꝫ tuetur
Dente rapax: furiqꝫ altis latratibus inſtat.
¶ His propere exactis: fenū paleaſqꝫ reconde
Hemiones quantū ſatis ac nutrire iuuencos.
Inde laboranti requies prebenda colono.

# Liber Secūdus

Tps et exhauſtis pariter iuga demere tauris.
¶ Dū tamen in media celi ſtatione refulget:
Syrius: oryonqꝫ loco ſplendeſcit eodem:
Et roſea arcturi cernit pallantias aſtrum:
Tunc vuas tenero abſcindēs de corpore matrū
Per biſquinqꝫ dies tenero ſub ſole iacentes
Pande: dies etiā molli ſtent quinqꝫ ſub vmbra.
Dehinc torque: capiant vegetes iucunda lyei
Munera. ſed ſydus cum deficit oryonis:
Pleyadeſqꝫ: hyadeſqꝫ cadunt: meminiſſe iuuabit:
Protinus impreſſo ſubuertere vomere terram.
Stat tempeſtino cuncta exercere labore
¶ Si tamen infeſtū iuuat ire per equor: et alta
Puppe vehi: moneo ne quādo ab atlātide natas:
Oryon inſequitur: totoqꝫ excludit olympo.
Vt videas illas medio ſubmergere ponto.
Nauigio incumbas: mare tunc tollentibus euris:
Obſcurum vndoſos iaculatur ad ethera fluctus.
Tunc igitur iaceant religate ad littora puppes

Saxorum obnixe obicibus: ne forte ruentes
Diſcutiant venti: pateat pars ima carine
Ne pluuiam excipiens putri marceſcat ab imbre.
Inſtrumenta domi naualiaqꝫ arma quieſcant
Penſa: gubernandiqꝫ exploret robora fumus.
Interea Cereris ſacros operare labores:
Nec prorſus fugiendus ager. labatur in altum
Equor amica ratis dū nō magis vnda tumeſcit
Nec refluunt vaſto ſublati gurgite montes:
Vadat onuſta tamen cenſu reditura ſuperbo.
¶ Hic meus ille quidem genitor dū pauper egeret
Errabat: maria alta ſecās. fluctuſqꝫ profundos.
Ille olim aeoliā Cumam. atqꝫ ea littora linquēs
Appulit huc: nō ſpe lucri commotus auara:
Durum opus exercere inuiſa vrgebat egeſtas.
Ille vagus demū prope tempe Heliconia ſedem
Aſcream incoluit: celi in regione moleſta:
Frigore nūc nimio: nūc intolerabiles eſtu.
¶ Tempore quoſqꝫ ſuo iuuat exercere labores.

# Liber Secundus

Nauigium ante omnes : cuius ſi te vlla remordet
Cura : placetq; altos ſulcare per equora fluctus .
Dū faciles ſpirant venti : et furor ille quieuit
( Ne te inuiſa fames alieno viuere parto
Cogat : et inuitus multorum debitor extes )
Vade : nec in cymba : ſed te vehat ardua puppis .
Ingentes referant cenſus ingentia mercis
Pondera . preterea que ſint aptiſſima nautis
Ipa narrādum eſt , q̄q̄ mihi parua p̄ vndas
Vita fuit : vixq; et illa tamen Aulide curſus
Littus ad Euboē : ſub qua omnis grecia quondā
Dū pelago deſeuit hyems , conuenit in vnum :
Et merito infandos fatū iuratur in hoſtes .
Inde mihi placuit nō longe ad Calcida curſus
Huc vbi magnanimū gen⁹ Amphidamātis achiui
Cōſtituūt populis certamina : et idita quondā
Munera defuncti ponūt in honore parentis .
Hic ego me dulcis referentem premia cantus
Auratos memini tripodas : quas ſponte dicaui

# Georgicoꝝ Heſiodi

Muſarū ante aras quibus antra Heliconia cure.
Ille vbi me primum dulcem docuere poeſim.
Tantum igitur mihi res naualis cognita ſurgit.
Dicam aliq̄d tamē, et varios pandā etheris vſus
Nec etiam nobis aſpirauere camene.
Equora tuta legant inſtructo remige puppes
Cū decies quinq̄ eſt ſeries exacta dierum
Eſtiuū poſt ſolſticium, et iam deficit eſtas:
Nam neq̄ tunc claſſes medio nec nauita ponto
Obruitur: ni forte velit Iouis alta poteſtas
Aut deus: ipſarūq̄ parens Neptunus aquarū
Exitus omnis in his rerum manet exitus omnis.
Vt lenes ſpirant zephiri, tranquilla quieſcunt
Equora: tunc celerem ventis committe carinā:
Vadat onuſta tamen. reditū properare memento
Nē prius ipſa nouos fundunt vineta liquores:
Autūnūq̄ imbres: et hyems infeſta procellis:
Aut notus inſurgat pluuia rorantibus alis:
Incumbatq̄ mari: totūq̄ euoluat ab imo.

# Liber Secundus

Exercentq; etiam ſtudium nauale ſub ipſo
Vere nouo: cū ſe tam latas arbor ab alto
Induit in frondes, quantum veſtigia cornix
Pandit humo depreſſa: ſilet tūc nabilis vnda.
Aſt ego nauigiū graue tūc ſemperq; moleſtum
Crediderim: hoc nature homines leuitate nephanda
Subtraxere: agitāt diuerſa pericula fluctus.
Et tamen ire placet: quanq; mors dura ſub vndis
Diuitie ſunt vita hominū, atq; inſanus habendi
Ardor. ad hec animū germane intende parump
Concipe fraternos monitus, maria alta ſecando
Fac tecū ne cuncta vehas: maiora reſerua.
Nec nimis eſt oneranda ratis: ſit ponderis equi
Quicqd in hac. durum eſt aduerſo occurrere fato
Fluctibus in medijs: curſus diſcinditur omnis
Si grauius ſuperinſtat onus. ſeruare memento
Menſuram in rebus, et idonea tempora ad vſus.
¶ Cū prope ter decies tibi vita elabitur annos:
Connubiū maturum aderit. decimūq; puella

# Georgicoꝝ Heſiodi

Erigat et quartum: ſed quinto nubat: et illa
Virgo ſit: atq; habitet ꝓpe te, cui ſedulus adſtes:
Sedulus inſpicias artemq; viſumq; puelle.
Hec age: ludibrio ne te vicinia cantet.
Coniuge nil melius caſta: nil turpius illa
Que venerē parit ſine fine, et proſtat ad omnes:
Semper et exitio ſuperimminet illa virorum.
¶ Nemo etiam fratris in amore equetur amicus:
At par ſi quis erit ſit amandus tempore in omni.
¶ Nulla ex te inceptum fedus diſcordia ſoluat.
¶ Mentiri ſcelus eſt: preſtat compeſcere linguam.
¶ Infandā ſi vim tibi quiſquam īferret amicus
Aut ore aut manibus: ſurge et vlciſcere: redde
Redde vicem duplicem. ꝙ ſi illum penitet acti
Ac penam implorās, iterū te exoptat amicum:
Suſcipe: vile q̄dem eſt hoīes noua querere ſemp̄
Federa amicitie. multos ſi frater amabis
Non laudo: nullos etiam: medium ſit in iſto.
¶ Si tibi corda tument: vultus nō indicet iram.

# Liber Secūdus

Turpe ſequi ſceleratum hominē. maledicere cuiqꝫ
Infandum eſt: qui iam vita laudatur honeſta.
¶ Nunqꝫ a te nunqꝫ miſera obiurgetur egeſtas:
Diuinū donum eſt diuiciqꝫ eterna voluntas.
Illa quidem que ſepe viri ſublime moleſta
Impedit ingeniūqꝫ vetat ſuper alta leuari.
¶ Qui loquit̃ parce. linguā nec in omnia ſoluit.
Theſaurum pre ſe gerit ille: ea gratia magna eſt
Ut linguam moderes. penſataqꝫ verba loquaris.
¶ Si quenqꝫ verbo ledes: lederis et ipſe.
¶ Grata in amicorum venias conuiuia ſumptu
Communi: dato particulam: gratiſſima ſunt hec:
¶ Acre Ioui vinū: ſeu diis de mane cauēdū eſt
Illota libare manu: tum vota precando
Incaſſum fundes nulli exaudita deorum:
¶ Solis ad aſpectum nec quenqꝫ mingere fas eſt:
Nocte ſub obſcura recto neqꝫ corpore nudo.
Nox quia ſacra deis: media nec credimus illa
Poſſe licere via: ni declinetur ab illa.

Eſſe etiam vetitum diuis: vir et omnia noſcens
Merens parietibus ſedet atqꝫ exponit vrinam
Intus vbi orbate tenuis latet angulus aule.
¶ Nec coitu polluta ſacros genitalia pandas
Ante ignes. neqꝫ cum dulci tibi coniuge preſtet
Concubitum vt generes, dū meſto a funere triſti
Mente redis: ſuperū ſacra ſeu letus ab ara.
¶ Credimus inuiſum ſuperis ſemperqꝫ moleſtū
Qui natat aſſiduo labentia flumina curſu
Ni prius ablueritqꝫ manus, pia vota preceſqꝫ
Fuderit: ante ipſas ſupplex orauerit vndas.
¶ Infandum ante aras vngues incidere cū dijs
Sacra facis. ſcelus eſt cyatos imponere vaſi
In quo vina latent: ſacros operare lebetes
Nil tibi cū in ſacris etiā hinc lauiſſe nephādū eſt
¶ Perfice tecta prius ꝙ cornix garrula ab alto
Nūciet atram hyemē: ruit hec inimica procellis
¶ Fac ſedeat bis ſex: quibus etas exigit: annos
Aut totidem menſes natorum chara propago
Sede ſub inſtabili: iuuat hoc: omneqꝫ repellit

# Liber Secūdus

Segnitię: facit eſſe agiles, et ad omnia promptos
¶ Fedum et turpe virū eſt thermis mulieribus vti.
¶ Hoc prorſus fugiendum etiā, ſtat talibus atrū
Supplicium, aū aras ſuperū obiurgare; nephādū eſt
Sacra miniſteriis ac diuinos ſpernere cultus.
¶ Nec licet ī fluuio, neq; fontis mingere ī vndā
Eſt quoq; turpe aliud vetitū, fuge peſſima fame
Nomina, fama malis facile in ſublime leuatur:
Eſt graue ſufferri nimium, nimiūq; moleſtum:
Difficile vt taceat: nunq̄ delebitur illa
Sedula que varias populi penetrauit ad aures.
Eſt dea fama quidē: ſunt ipſi numina fame.
¶ Sit tibi preterea ſeries ſeruanda dierum.
A Ioue nate omnes: ſunt a Ioue tempora nata.
¶ Vltima menſis erit nullo exercenda labore:
Hac genio vtendum eſt; illa omnes feſta per vrbes
Ducitur: illa forū claudit: neq; iura reſoluit.
¶ Prima notāda dies, et quarta, et ſeptia: prima
Natus Apollo die radiantia lumina fudit.
Luce domū quarta felix ducenda ſit vxor

# Georgicoꝝ heſiodi

Omine captato: ſunt omnia proſpera rebus.
Et licet incuruã trabibus componere nauim.
¶ At quintã fuge: namqꝫ illarũ pallidus orcus
Tum dire eumenidũ facies toto orbe vagantur:
Caſtigant ſi qua in terris periuria falſum
Affirmant: que lis alterne agitata creauit.
¶ Sexta dies triſtem oſtendit mulieribus ortũ:
Leta viris: multiqꝫ etiam naſcuntur in illa:
Quis mala mens: fallax animus: fallacia verba:
Et qui concubia exercent arcana per artem.
Hac ouium fetus licitum caſtrare: vel hedos:
Et licet infixa pecudes circundare mandra.
¶ Scindimus octauo forti genitalia tauro:
Caſtramuſqꝫ ſues. ¶ Felix eſt ponere plantas
Nona: viros gigni: vel amica forte puellas.
¶ Luce viris decima fauſtos quoqꝫ credimus ortus.
¶ Vnaqꝫ poſt decimam felix incidere vites:
Et tempeſtiuam ſegeti ſupponere falcem
Hec curat. ¶ Biſſexta etiam felicior illa.
Stamina et ex alto tenuiſſima torquet arachne:

# Liber Secundus

Ingentem accumulāt formice farris aceruum :
Et iuuat arguto percurrere pectine telas :
Tūc quoqꝫ ſilueſtres licitū caſtrare iuuencos.
¶ Tertia poſt decimā plantaribus optima ſurgit
Spargere ſemen humi : pallet cōtraria ſemper.
¶ Quartaqꝫ poſt decimā mulierū ꝓſpera natu :
Ac prenſos domitare boues : validoſqꝫ labori
Meniones : canibus faciles adiungere cultus.
Et lenire manu : pecudiqꝫ imponere mores :
Atqꝫ aperire cados et dulcia fundere vina.
¶ Sextaqꝫ poſt decimā plantaribus ſuida ſurgit.
Opportuna viros naſci : ſed iniqua puellas
Aut naſci : aut thalamos petere atqꝫ berere maritis
¶ Septīma poſt decimā Cereris terat ordea ſacre
Ingentēqꝫ licet ferro diſcindere ſiluam :
Ac varias aptare trabes · quibus ardua tecta
Moliri · aut ſtructam poſſis agitare carinam.
¶ Nonaqꝫ poſt decimā felix eſt cū dea ſurgit
Lutea : ſed medium celi cum venit in orbem
Fit grauis : ex media ad finē letiſſima fulget.

# Geoꝛgicoꝝ Heſiodi

¶ Proxima lux ſapientem hominē diuina creandi
Inſigni viget officio. ¶ Nec luce dolēdum eſt
Poſt illam quarta: leta eſt ea: leta trahantur
Gaudia. ¶ Quīta dies poſt hāc iuga curua iuuēcis
Ponit: et hemiones, et colla exercet equorum:
Altaq; veliuolas deducit ad equora puppes:
Et noua componit dulci ſua vaſa lyeo.
Quam pauci nouere et recto nomine dicunt.
¶ Sunt harum humano generi ſeruāda dierū
Tpa: quippe illud magnis ſucceſſibus augent
Sūt alie ancipiteſq; tamē ſine mente: neq; vllo
Officio excellunt: hanc alter laudat et illam.
At paucis natura illarū cognita ſurgit:
Nam tūc ipſa dies totum complectitur oꝛbem
Moꝛe pie matris: ſeu modo moꝛe nouerce:
Nunc fulget: nunc atra latet. felixq; beatus
Ille quidē fertur, que dijs, cui cognita ſunt hec:
Omniaq; inſpiciēs, rerū ſe exercet ad vſus.

Finit geoꝛgicoꝝ lib Heſiodi Lips p Baccala-
riū Martinū Herbipolēſ Anno. M. D. vij.